Quelle: https://manuscripta.at/?ID=47062
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



de Maran, sed de Meran constanter scribi solerent. Accedit Dalmatiæ et Croatiæ Ducis titulus, Meraniis interdum adjunctus, quem Andechsii, post Dachavios, una acceperè: neque vero Meranum, neque Maranum ad Dalmatiam, Croatiamve unquam pertinuisse novimus. Porro autem minus hac facce arbitror, Meranum Misniæ, tametsi Misnia olim etiam Dalmatia, vel Dolmantia, vel Dalemintia dicta sit, atque Principatus sedem hunc locum fuisse, nonnulli contendant cum Zeylero in descriptione Topographiæ Saxoniæ superiori. Attamen idem Auctor Meranum Tyrolis, olim urbem multo quam hodie, majorem fuisse atque per exundationem anno MCCCCXIX. magna sui parte imminutam scribit. Mea quidem opinione Comites de Dachau, Boje quidem certe (ab extasse linea Tyrolensis, qua Meranum Tyrolense possidebat) vel a Conrado III, vel a Friderico I. Regente electo, anno MCXLII. aut sequente, ornati sunt honorario titulo Ducis Dalmatiæ et Croatiæ; attamen, ut sæpe alias fiebat, etiam Duces de Meran a loco sibi proprio, saltem Andechsii, appellabantur, tametsi Meranum ipsum minime Ducatus proprio honore gauderet. Ita sane in Suevia Duces de Zoringen, ac Duces de Teuca, a castris ejus familiæ; ita in Austria Duces de Medelik, a castro eoppido, persimilibus exemplis, scriptos novimus. Enotha Dachavienium Ducali illa Stirpe (etsi Comites Tyrolis cognati fuerent) titulum Ducalem, cum hæreditate Merani, ad cognatos Andechsios translatum fuisse, dum certiora edoceat. De Dachavis Comitibus ad diuciens paulo post agemus.

2) Nempe in lingua vernacula Stadt an Meran. Latine autem urbs ipsa Meranum et Merania legitur. Extat in Tabulario Stamsensi Instrumentum fundationis Xenodochii Meranensis, apographum quidem sed scripturæ forma coævæ; cui hæc præfixum legitur: Vermerckt wie der Hochgeporen Fuest und Herr Herr Hannhard Graffe zu Tyrol und Gortz und Elicher gemahel frau Elizabeth angefangen und gestift haben das Spytal des Heiligen geistes mit sampt der Capellen an Meranu enhalben der prucken Trintner Bistum — Anno Domini M.° CC.° LXXI.° etc. Sunt et alia instrumenta quamplurima: in quibus continuo, si vernacula sint, Burger an Meran